


**THESES SEV ASSER-||TIONES || DE PACTIS ET || TRANSACTIONIBVS,|| De
quibus || ... Praeside || HENRICO CAMERARIO || Philosophiae & I. V. D. &
Professore Or-||dinario, ac Decano Collegij Iurecon-||sultorum in Academia
Rostochiensis,|| Pro insignibus Doctorum Juris || consequendis || Respondebit ||
CHRISTOPHORVS AB HAGEN || BVTZOVIENSIS.|| Die 25. Augusti ... ||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1596

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1789464730>

Druck Freier  Zugang



Ru. jur. 1596.

Cammerarius, Heinrich Praes.

Hagen, Christoph von Resp.

2 THESES SEV ASSER-
TIONES

xxxiv

DE PACTIS ET TRANSACTIONIBVS,

De quibus

DEO OPT. MAX. AUXILIANTE

Præside

HENRICO CAMERARIO

Philosophiæ & I. V. D. & Professore Or-
dinario, ac Decano Collegij Iurecon-
sultorum in Academia Rostochiensis,

*Pro insignibus Doctorum juris
consequendis*



Respondebit

CHRISTOPHORVS AB HAGEN
BVTZÖVIENSIS.

Die 25. Augusti, in Auditorio maiore initio hora sexta facta.

Stephanus Myliander Excudebat
ROSTOCHII

ANNO M. D. XCVI.

1596

RU iur. 1596 Camerarius, Heinrich

THESES
DE PACTIS ET TRANS-
ACTIONIBVS.

1.

Pactum à pactione dicitur, ac his nomini-
bus, pactum, pactio, placitum, pactum
conuentum, pactum & conuentum, pa-
ctum nudum, pactum & consensus, i-
temq; conuentio, ubi specialiter accipitur, idem in libris
nostris significare affirmamus.

2. Est autem pactum sine pactio, ut Ulpianus de-
finit, duorum plurimum in idem placitum consensus.

3. Divisiones pactorum varia recitantur: aliud
pactum expressum appellatur, aliud tacitum: aliud le-
gitimum, aliud iurisperitorum: aliud in personam, aliud
in rem: aliud iustum, aliud iniustum.

4. Nullum verò pactum vestitum est, sed omnia
sunt nuda, sine nomine legitimo & sine causa, sicuti le-
gitimum pactum nudum est, ac lex contractus etiam
pactum nudum est.

5. Pactum expressum dicitur, quod vel re fit, vel
per epistolam vel per nuncium, seu in quo est consensus
expressus.

6. Pactum tacitum appellatur, cum paciscentes con-
sensum suum palam non exponunt, sed is ex presum-
pta

1933. 47

pta

pta eorum voluntate & coniecturis colligitur.

7. Veluti si debitori creditor cautionem seu chirographum reddiderit. Hic enim tacite conuenisse videtur, ne debitum peteret, id quod tamen in pignore non obtinet.

8. Sic placet in urbanis habitationibus locandis inuecta illata, pignori esse locatori, etiamsi nihil nominatim conuenerit.

9. Ad eundem modum stipulationi dotis inest hæc conditio, si nuptiæ sequantur, quasi si hoc expressum fuisset, Et nuptiis non secutis ipso iure euanescit stipulatio.

10. Pactum legitimum est, quod lege, Scto, iure prætorio aut principum placitis adiuuatur.

11. Eiusmodi pacta legitima sunt paucissima, puta pactum donationis, pactum de dote, pactum pignoris seu hypothecæ, & nonnulla alia, quibus remotis, cætera solum gentium iure sustinentur.

12. Pacta in rem dicuntur, quoties generaliter paciscor, ne petam: Pacta in personam, quoties paciscor, ne à persona puta Titio petam.

13. Illa omnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse eius, qui paciscebatur, interfuit: hæc ad alium regulariter non pertinent, sed ei duntaxat prosunt, cum quo facta sunt.

14. Pacta iusta sunt, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, Plebisçita, Senatusçonsulta, Edicta Princi-

pum, neq; quo fraus cui eorum fiat, facta erunt. Unde
qua iniusta sint facile intelligitur.

15. Et sola pacta iusta Prætor seruat ac tuetur, iniu-
sta non seruat, non tuetur.

16. Quotiescunq; igitur pactum à iure communi vel
publico remotum est, vel turpem causam continet, aut
contra bonos mores est factum, seruari hoc non oportet.

17. Jus enim publicum priuatorum pactis immutari
non potest, & contra iuris civilis regulas aut bonos mo-
res pacta conuenta rata non habentur.

18. Atq; hinc euenit, quod pactum de succedendo
non valeat, sed ius nostrum id aded exosum habeat,
ut ne iuramento quidem accedente confirmari queat.

19. Pactum de non succedendo similiter leges impro-
bant, sed id iuramento confirmatum ob religionem iu-
risiurandi iure Canonico sustinetur.

20. Quod si filia dote accepta ita iuratò renuncia-
uerit hereditati paternæ, num etiam à fraterna succes-
sione excludetur? minimè id putamus, sed contra-
rium verius est.

21. Sic si conuenerit, ut maleficium aliquod fiat,
vel ut remittatur actio delicti futuri, pactum, quia
in se turpitudinem continet, reprobatur.

22. De commisso verò crimine capitali, excepto a-
dulterio, transigere vel pacisci prohibitum non est.

In

23. In alijs publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem.

24. Porrò omnes pacisci possunt, qui neq; naturâ, neque lege prohibentur.

25. Natura obstat ijs, qui consensum adhibere non possunt vel propter defectum atatis vel animi.

26. Illius generis sunt infantes; Huius sunt furiosi, qui continua mentis alienatione omniq; intellectu carent.

27. Quod si furiosi dilucida habent intervalla, tum eo tempore, quo furor eorum intermissus est, pacisci rectè possunt, neque furor postea interueniens, patam illud perimit.

28. Unde questio illa promânat, quid dicendum, si dubitetur, an actus à furioso gestus tempore furoris vel intermissionis eiusdem factus sit? Si more sani hominis gestus fuerit, utiq; tempore intervalli perfectus præsumetur.

29. De ebrio quid statuendum? hunc sine distinctione ex sua conventionione non teneri minimè affirmamus; uti nec ob delicta in ebrietate commissa pœnam remittendam aut mitigandam absolutè concedimus.

30. Lege pacisci prohibentur impuberes ob consensus infirmitatem, Et Impuberes sine tutorum auctoritate, nisi locupletiores facti, etiam in contractibus ne naturaliter obligantur.

31. Puberes verò indistinctè obligari verius est.

32. De prodigo, cui à magistratu bonis interdictum est, idem quod de furioso, qui perpetuò furiosus est, & impuberibus statuimus.

33. Sanè qui pacisci potest, sibi tantum paciscitur non alteri.

34. Et pacta inter alios inita regulariter alijs neq; profunt neq; nocent.

35. Vnde pactum à patre filio factum non proderit filio, nisi ei ut heredi pactus fuerit, quod in dubio cum fecisse cum communi affirmamus.

36. Effectus pactorum est producere naturalem obligationem, eamq; ipso iure tollere, civilem verò obligationem & ex ea actionem non pariunt pacta iurisdictionum, sed si in continenti contractibus bonæ fidei adijciuntur, contractuum & actionum ex ipsis contractibus descendentium naturam pro qualitate sua mutant, augent, minuunt, contractus & contractuum actiones formant, transformant, reformant. insunt .n. contractibus illis tam ex parte actoris quam rei.

37. Quæ pacta contractibus non adijciuntur, itemq;
que

qua adijciuntur quidem sed ex intervallo, quia contractibus non insunt, pariunt tantum exceptiones.

38. Nisi de eo conuenerit, quod substantiam contractus attingat. Tunc enim contractus mutuo dissensu dissoluitur & actio tollitur, Vel etiam reformatur, renouatur, repetitur, quo posteriori casu actio non ex pacto sed ex nouo contractu datur.

39. De contractibus stricti iuris dubitatur, num his pacta apposita in continenti etiam ex parte actoris insint? Ex parte rei tantum inesse defendere conabimur.

40. Legitima pacta actiones produciunt, non vi sua & quatenus pacta sunt, sed idcirco, q̄ lege adiuuantur.

41. Quinimo Iure Canonico ex pacto etiam nudo actionem dari communiter Doctores tradunt, idq̄ usus etiam in foro ciuili hodie obseruat.

42. A transactione differt pactum eo quo genus à specie. Pactum enim genus est, & transactio species ad ea solummodo pacta pertinens, quibus res dubia & incerta necdum finita componitur.

43. Qui enim transigit, quasi de re dubia & lite incerta necdum finita transigit, aliquo dato, retento vel promisso.

44. Ac ob id post rem indicatam transactioni non est locus, donandi uero causa pacisci de ea possumus.

Corollaria

Corollaria.

I.

Quaestio de facto contingens saepe se offert, An pactum inter dominum & quendam tertium de feudo vasalli viventis subsistat? Et si sub conditione, vel in diem mortis fiat, valere existimamus.

II.

Quaeritur etiam vtrum pactum cum hoste vel haeretico initum seruandum sit? Et fidem hosti, haeretico datam seruandam esse probamus.

III.

Magna quoque controuersia est inter Iuris nostri interpretes, an beneficium l. 2. C. De rescind. Venditio. etiam in transactione locum habeat? Affirmatiuam sententiam defendi posse arbitramur.

IV.

Disputationi finem imponat nobilis illa quaestio, Vtrum ex pacto in continenti bonae fidei contractibus adiecto deur actio praescriptis verbis, an verò actio eiusdem contractus? Hanc dari, non illam, profiteamur & defendemus.

FINIS.

SOLI DEO GLORIA.



30. Lege pacisci prohibentur impuberes ob consensus infirmitatem, Et Impuberes sine tutorum auctoritate, nisi locupletiores facti, etiam in contractibus ne naturaliter obligantur.

Puberes verò indistinctè obligari verius est.

De prodigo, cui à magistratu bonis interdictum est, idem quod de furioso, qui perpetuò furiosus est, in contractibus statuimus.

31. Qui pacisci potest, sibi tantum paciscitur non alteri. Inter alios imita regulariter alijs neque profecto.

35. Pactum inter patrem filio factum non proderit filio, nisi si filius fuerit, quod in dubio cum fecisse cum patre assumamus.

36. Effectus pacti est, ut producere naturalem obligationem, eamque in civilem verò obligationem transformant. Ex ea pariunt pacta iurisdictionum, sed si in contractibus bone fidei adijciuntur, contractuum ipsorum mutatae sunt. Naturae pacta sua mutant, augent, minuunt, contractuum actiones formant, transformant. In contractibus illis tam ex parte actorum.

37. Quae pacta contractibus non auctore.

